



Tom III
Mijakaneop Philoby.

[Faint, illegible handwritten scribble]



84
זוהו אלהינו:

משפטים

על שלח הקדוש:

Sive

Positiones Hagio - Criticæ

De

LINGUA S. VET. TESTAM.

Quas

Indultu Amplifs. Facult. Philos. in Illustri Academ. Witteb.

P R Æ S I D E

M. FRIDERICO SCHERERZIO Lunæburg.

P. L. Cæs. ac S. Theol. Cult.

publicè Resp. defendet

ANDREAS WINZIGERUS Sittaviâ- Lusat.

a. d. XXIV. Aug. hor. Matut.

in Auditorio Philosophorum.

POS. I.

Lingva Hebræa omnium prima, & mater reliquarum non modò merito dicitur, sed & est. *V. Aug. de C. D. L. XVI. c. 11. L. XVIII, c. 39. & in hunc Lud. Viv. f. 194. & 435. Hieron. in c. III. Sophon. Euseb. L. IX. c. 4. L. X. c. 2. Joseph. Antiq. L. 1. c. 4.* Error itaq; magnus in J. Goropio Becano Belgâ, qui lib. IV. Herm. forsan *Ἰωπεύων πατριώτας* Cimbricam antiquitate præire cæteris existimat: Errant & Syri Maronitæ, & in eis Mich. Avira gentis suæ Episcopus Lingvâ Aramæam priorem opinans Hebræa. *V. Jo. Casp. Myricæus pref. Gramm. Syr. Chald. cit. B. Meiero part. 1. Phil. S.*

II. Lingva Hebræa sola inter cæteras *κατ' ἐξοχήν* dicitur לשון הקדוש & apud Sophan. *c. III. v. 9.* שפה ברורה *V. Aug. de C. D. L. XV. c. 11. Sanctissimis etenim mysteriis fecundata ad sanctissimum finem ducens, sanctissimè tanquam ἀσὺλῶν habitata à divina providentia, quæ aternitati illam consecravit, cavens ne vel jota periret, ac contra omnes μισογενέφους triumphare jubens. V. Theodoret. in Psalm. Tom. I. f. 79. Gregor. in Pref. Job. c. I. Clem. Alexandrin. Paræn. ad gentes f. 29. cit. B. Nostro Gerhard. Exeg. L. Th. f. 22.*

III. Una Lingva ante diluvium fuit, uti patet è verbis Mosche lib. Bresch. *c. XI. v. 1.* כל־הארץ שפה אחת ודבָר אחד hæcq; Hebræa. Contra R. Eleaz. in Talm. Hier. Lib. *c. I.* sibi persuadentem plura etiam tum inter homines fuisse idiomata, quia & ante conditæ Bab. Turris historiam de filiis & nepotibus Noachi Mosche scribat Bresch. *X. 5. 31.* מאַרְה נפֿרדוּ אִי הגוֹים בארצתם איש ללשנו למשפחתם בגויהם: & Philastrium Episc. Brixensem in *Cat. Her. c. 103.* item contra Theodoretum *qv. LX. in Gen.* statuentem, Lingvam Syriacam Adamo & reliquis Patribus vernaculam: Hebræam v. in Sacris solummodò usitatam & in literis reconditam.

IV. Lingva Hebræa ab initio hoc caractere, quemadmodum hodiè adhuc in Bibliis, fuit exarata. Contra Hieron. in *Prol. Gal. pref. L. II. Reg. T. 3. adducentem Alphabetum Samariticum & Siclum Israeliticum, cui adscrib. Casp. Waserus de Num. Hebr. l. II. c. 3. V. Sixt. Sen. Bibl. S. L. 1. c. 5. Genebr. L. II. Chron. ad ann. 3903. Alb. Sor. Hispan. in Libr. art. f. Gvil. Postell. in Alp. XII. Ling. 7. Scal. in Animadv. Euf. p. 103. Casaub. Exerc. XVI. n. 78. p. 445. L. Capell. Diatr. de Ver. & ant. Hebr. Litt. Pro nostra sent. Vid. B. Gerb. Exeg. loc. 1. Schik. in Bech. Hamm. p. 83. Dillb. Eclog. S. f. 7. Hotting. Exerc. AntiMor. de Pent. Sam. Baron. ad A. 180. 17. Dannb. Hodof. Christ. Phæn. 1. p. 15. & alii.*

V. Tanta Lingvæ Hebrææ certitudo, ut de vocum Hebræarum Etymologia, significatione, & constructione ex domestico & non forinsecus assumpto principio constare possit. Contra J. Morin. Exerc. Bibl. VI. c. 7. *V. D. Seld. Exerc. Crit. pro Ebr. Ling. Cert. Morin. oppos. Hab. Witteb. A. 1642. Crimesf. de Confus. Lingv. Disp. 1. & Alios.*

WITTEBERGÆ TTPIS FINCELIANISA, xq. clv lvc LIII.

01 A 6640

ULB Halle 3
003 108 309



Sb.

VD 17





